



## Policratici Contenta

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. vii. De cibariis & su[m]ptuariis legib[us] veteru[m] ad  
i[n]te[m]pera[n]tia[m] coerce[n]da[m]: & d[ifferent]ia earu[m] s[ecundu]m  
portunianu[m]: & de i[n]te[m]pera[n]tia anthonii: & frugalitate ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](#)

**C** De cibariis & sumptuariis legibus veterum ad intemperatiā coēcēdam: & differentia earum fm portunianum: & de intemperantia anthonii & frugalitate iulii cesaris: de augusto & de nerone. G. & caligula & vitellio & metello.

**C** Capitulum. VII.

**R**ima ergo omnium ad populum lex orchia puenit **L**ex orchia.  
prescribens summā & numerum conuiuarum/verū  
tamen immoderationem sumptuum: nequaq̄ cohī-  
buit quin vnicuiq̄ liceret pro arbitrio bona sua inter  
paucos consumere. Secuta ergo est lex fauina: que etiam sum-  
ptibus modum fecit: scriptaq; in omnes vt non solum ciues vr-  
bani: sed omnes vbiq; italic lege sumptuaria tenerentur. Nam  
in eo didie legis vis consistit. At istis adiecta est & licinia q̄ nu-  
mero conuiuarum & quantitatī sumptuum & cautioni locorū/  
dierum & temporum prescrifit regulā: ne quotidianis liceret  
exultare conuiuiis dies certos prefiniēs quibus est permisum  
conuiuari. Ergo etiam sobrietate seculi/ prescriptiōe legū coē-  
cetur expēsa cenarum. Siquidem ab initio cepit radix luxurie  
pullulare. Vnde & vetus verbum est/ leges bone ex malis mo-  
ribus procreantur. **L**ex quoq; cornelia sumptuaria adiecta est po-  
ribus/in qua non cōuiiorum magnificentia prohibita est/ nec  
gule modus factus: sed minora precia reb⁹ imposta. Sed quib⁹  
rebus: q̄ exquisitis/ & pene icognitis generibus delitarum : q̄s  
illic pisces: quasq; illic offulas nomiat/ & tñ p̄cia illis minora cō-  
stituit. Ausim dicere vt vilitas edulium animos hominum ad  
parandas obsoniorum copias icitaret & gule seruire etiam qui  
paruis essent facultatibus possent. Ergo ad prime luxuriosus &  
& prodigus videri potest: cui hec tāta in epulis vel gratuita po-  
nantur. Preterea lucius sylla lepidus consul auiis restio leges  
traduntur tulisse cibarias/sic enim sumptuarias leges catho ap-  
pellat. Differunt tamen/ φ cibarie gulam iugulat/ sumptuarie  
al timodam. (Vt ait Portunianus) luxuriam prohibitent. Hoc  
autem magne libertatis laudibus effert: φ cum multe leges  
de cenis & sumptibus ferrentur ad populum castigantissime il-  
lius vigor diu obtinuit que nil obscenum habet quia nil probat  
occultum. Precepit enim vt patentibus ianuis pranfitaretur:  
& cenitaretur: vt sic oculis ciuiū testibus factis: luxurie modus  
ficeret. Hoc aut̄ iō tuto pbat portunian⁹: qa apd pplm castigatū:  
& posterior/ respectu aureū: laudi erat frugalitas: & paupertas nō

**L**ex fauina  
de sumptibus  
moderatis.

**L**ex licinia de  
numero cōui-  
uarū r̄c.

**L**ex cornelia.

**L**eges cibas  
rie lucij sille/  
lepidi cōsulit  
auii restionis  
Portunianus

## Policratici de Curialiū nūgis.

poterat esse cōtemptui vel rubori. Nec verendū erat vt ad cenā alienā quispiā inuitat⁹ ipudēter irrueret. Superuenire enī fabu-  
lis nō euocatos haud equidē turpe existimaf. Verū sponte ir-  
ruere in cōuiuiū aliis preparatū:nec homero sine nota vel in fra-  
tre memoratū est. Ceterū leges ille valuipate siue valuifrage:  
licet portimiani iudicio optime fuerint/obſtinatione tñ luxurie  
et vitionum inuicta concordia nullo abrogante irrite facte sunt.

Lex antonij  
de cohībendis  
sumptibus.

De iulio gāyo  
cesare.

Antonij et  
cleopatre lu-  
xuria.

Anthonius & si nulli sumptuarie legi paruerit:legem tñ de cohi-  
bēdis sumptib⁹ tulit. Homo quide temerarius sed manu inua-  
lidus & luxurie dedit⁹ vñq;quaq; sumptut⁹ merito magno pō-  
peo successit ex decreto. Gaii cesaris de quo triūphatore orbis  
vilis adulator & homovitiis sordidus triūphauit. Captus est tñ  
cesar virtutis imagine:eo q; pfusionē pecunie/& conuisceratio-  
nib⁹/& latronū/& hystrionū stipat⁹ magnificus vulgariter vi-  
debaf. Ergo bene agiſ cū principib⁹ popularib⁹ qui ex necessi-  
tate cogūtur ad custodiā fame vilissimis nebulonibus adulari.  
Nā in republica nemo tyrannorū cesare magis accessit ad prin-  
cipē. Licet enī rempublicā oppressisset:popul⁹ tñ roman⁹ om̄ia  
que ipse detriuerat approbauit:forte veritus seditionē/& ciui-  
lis belli recidiuā passionē. Opinio tñ preualuit/vt quia summa  
virtute id est clemētia predit⁹ fuerat:statuta ei⁹ quasi ex maxi-  
ma parte benigniora populus approbaret. Vnde in laude eius  
Cicero ait. Nulla de virtutib⁹ tuis:nec admirabilior/nec grati-  
or misericordia est. Piū ergo aim egregie virtutis imagine fa-  
cile supplātauit anthonius. Hic enī cū quicquid mari/aut terre/  
aut etiā celo gigneref ad satiandā ingluuiē suā natū existimās  
faucibus/aut dētibus subderet:eaq; re captus/de romano iperio  
facere vellet egyptiū regnū:cleopatra vxor que vici a romanis  
nec luxuria dignaref:spōſione prouocauit insumere se posse in  
vnā cenā sextertiū centies. Id mirū anthonio visum:nec mora-  
tus spōſione contēdit:dign⁹ culina minatius plancus qui tā ho-  
nesti certaminis arbiter elect⁹ est. Altera die cleopatra perten-  
tans anthoniū pollucibile sane parauit cenā:sed quā nō mirare-  
tur anthoni⁹:quippe qui om̄ia que apponebanf ex quotidianis  
opibus agnosceret. Tūc regina arridens phialam poposcit:cui  
nō nihil aceti acris infudit:dimisitq; festinabēda illuc vniōnem  
ex altera aure déptum/& eūdem mature dissolutū/vti natura  
est eiusdē lapidis absorbuit. Et quis eo facto sponsione vicisset:  
quippe cū ipsa margarita cēties sextertiū sine contentionē eua-  
luisseſt/manū tñ ad alteri⁹ vniōnē auris similiter admouit/niſi

minatus planctus iudex severissimus superatum anthoniū mature pronunciasset. Ipse autē vno cuius magnitudinis fuerit: inde colligi poterat q̄ q̄ superfuit postea victa regina & capta egypto/romā delatus dissectusq; est: & facta est ex vna margarita due/impositeq; simulachroveneris & mōstruose magnitudinis in tēplo qd̄ pantheon appellat. Sed his & similib⁹ demeruit intemperatiſſim⁹ & flagitiōſſim⁹ nō populi romani: sed v̄tutuz publicus hostis/ne edictum qd̄ triūvirat⁹ tēpore de sumptibus posuit/legis nomen habeat aut vigorem. Locū aut̄ imo & necessitatem legibus finisse cibarii: vel ex eo constat q̄ cibariorū diligendorū regulā luxuria adinuenit. Testatur hoc marc⁹ varro/qui enumeratis que in aliquibus ptibus italie optima ad viētū gignant̄: pisci tyberino his v̄bis tribuit palmam/i libro vñ decimo. Rerū humanarū ad viētū optima/fert ager campanus frumentū:falernus vini: cassinas oleū:tusculan⁹ ficum: mel tarentinus:piscem tyberis. Hec varro. Sed inter eos precipuū locum luppus tenuit:& quidem is qui inter duos pontes capt⁹ eset. Id ostendūt tum multi alii: tū etiam gaius titius vir etatis luciniane/in oratione qua legē phāniā suasit. Cui⁹ v̄ba ideo ponēda sūt: quia nō solū de lupo inter duos pontes capto erūt testimonia: sed etiā mores quibus tunc pleriq; viuebant facile publicabunt. Describens enim prodigos homines in forū/ad iudicandū ebrios cōmeantes/quiq; soleant inter se fīmocinari:sic ait Ludunt alea studiose delibuti vnguentis scortis stipati: vbi ho re decem sunt:iubent puerū vocari: vt comitium eat percutta tum: quid in foro gestū sit qui suaserint: qui dissuaserint: q̄t trib⁹ iusserint/quot vetuerint. Inde ad comitū vadūt ne item suam faciant. Dum eant nulla est in angiportu amphora quā nō impleat/quippe qui vesicam plenam habent vini. Veniunt in comitū tristes:iubent dicere quorum negotiū est/narrant. Iudex testes poscit: ipius ad nutum:vbi redit: ait om̄ia se audiuisse:tabulas poscit: litteras inspicit:vix pre vino sustinet palpebras. Eūti in consilium ibi hec oratio. Quid mihi negotiū est cum istis nūgatoribus? Potius q̄ potemus mulsum mixtum vino greco. Edimus turdū pīguem: bonumq; piscem: luppum germanum qui inter pontes captus fuit. Hectius. Sed & plinius sui temporis eleganter tetigit gulam. Cum enim scriberet de pisce anticipensere: qui licet rar⁹ esset precium eius viluerat/post premisa subiecit: nullo in honore nunc est: quod equidem miror cū sit rarus inuentu. Sed non diu stetit hec parsimonia. Nam tempora

Marc⁹ varro.

Hec p̄ magnū  
pcessum sunt  
in macrobio  
de saturnalib⁹

De gayo titio.

De plinio.

Piscis ancī-  
penser.

A

## Policratici de Curialiū nugis.

Samonicus  
serenus.

tribus seueri principis samonicus seren⁹ vir seculo suo doct⁹ sub*u*iiciens verba plinii/nō est dubiu⁹ ait hunc p̄fiscem nullo in hono*re* traiani tēporibus extitisse:verū ab eo dici/apud antiquos fu*isse* iū p̄cio. Ego aut̄ testimoniis palā facio vel eo magis q̄ gra*tiam* eius video ad epulas quasi postliminio redisse. Quippe q̄ dignatione nostra cum intersim cōuiuio sacro aia duertā hunc p̄fiscem a coronat⁹ ministris cū tibicine introferri. Lōgum erit si oīa que leges cibarias induxerunt: vel a cibariis legib⁹ nata sunt voluero enarrare:cū nec luxus morū sermonevaleat cōpre*hendi*/& sint plurima seculo nostro incognita: que illi vel v̄bis exp̄mere:vel exercere moribus poterūt. Sicut enī grecia capta ferū victorē cepit/ & artes intulit agresti latio. Sic oīm gētium mores boni & mali romanū victorē prosecuti sunt. Siquidē nūmina īmo demonia gentiū sup̄stitiōsius q̄ religiosi⁹ aduocabāt/ magnāq̄ sibi visi sunt assequi religionē/quia nullā respuerat fal*sitatem*. Deos tutelares nō tam pio q̄ impio cultu oībus subtrahebant:vt oēs in vna vrbe collecti i illius custodia iugit⁹ vigila*rent*. Sic & que vbiq̄ locorū placuisse audierat i vrbē traiecerūt: vt esset vnde possēt gratiā oīm in se & gloriā puocare. Si le ali*quid fecisse visus est rex anglorū Guilhelmus p̄mus:cuius v̄tu*  
*ti normannia/cenomānis & tandem maior britannia cessit Assū*  
*pto nāq̄ dyademate/& pace cōposita: legatos misit ad exterias*  
*nationes:vt a p̄claris omniū domib⁹ quicqd eis magnificū aut*  
*mirificū videretur auferret. Defluxit ergo in insulā opulētā/&*  
*que fere sola bonis suis est in orbe cōtentā: quicquid magnifice*tie* īmo luxurie potuit inueniri. Laudabile quidē fuit magni vi*ri* p̄positum:qui v̄tutes omniā orbi suo volebat infundere:s̄ in*  
*eo arbitratu laudabilius extitisset/si in gentē quā armis vicerat*  
*& quā luxurie p̄uicerat magnitudo legē tēperati⁹ p̄mulgasset.*  
*Sane fructuosius esset eam roborare verbo & ope q̄ lasciviendi*

De guillelmo  
p̄mo rege an*glorum.*

De gayo cesare.  
Portunian⁹.

ab auctoritate multorū magnorūq̄ propagare audaciam. Sec⁹  
egisse gaiū cesarem pace vrbi reformata/ portunianus qui sum  
ptuarie legis insistens vestigio/domū ciuilem potius q̄ impera*toriam/in mēsa prima/tribus solēnibus pulmētis siue ferculis*  
*statuit esse contentā/dum tamē bellaria parētetica p̄ necessitatē*  
*aut dignitate personarū aut exercenda liberalitate aut sole*nitate diei p̄nis mensis licuerit immiscere. Solēnia quidē pul-**  
*menta sunt que in omnes pertrāseūt/ & a grecis catholica/hoc*  
*est vniuersalia nominantur. Parentetica vero que ex causa ne*cessitatis aut urbanitatis in preceptam aliqua ratione veniunt**

partem: sic dicta/ eo φ solēnibus id est vniuersalibus particula-  
riter soleant interponi. Nec enim pulmenta in olere aut in legu-  
mine dumtaxat constare certum est: tum ex multis tum ex eo  
φ patriarcha isaac de venatione filii sui sibi pulmētum fieri im- Genes. xxvii.  
perauit. Significant aut bellaria omne genus mense secunde.  
quoniam ibi soleant apponi q pulchriora sunt & delicatoria. Hoc  
aut nomine vtitur marcus varro. Bellaria(inquit) ea maxime  
mellita sunt/ que mellita non sunt. Q uod forte eo referri potest  
φ vtenti gratiora sunt ea que necessitas appetit: q que irritatio-  
gule inuenit. Sed forte pusilli animi videtur qui ad hunc modū  
prime mense luxuriam cohabet/ aut qui facit in talibus mentio-  
nem legis sumptuarie. Nec tamen cesare maior est/ aut munis-  
ficientior quisq eorum qui morum rerumq iactura exercent gu-  
lam/luxurieq obsequuntur: seruunt vanitati: & nequitiam aut  
negligētiā suā nitum liberalitatis imagine consolari. Quis  
cesare augusto frugalior qui in summo fastigii culmine secūda- De cesare au-  
gusto.  
contentus erat: & non nisi necessitate vrgente comedebat: vel  
amico? Q uis nerone gulosior aut sumptuosior. Et tamen hic De nerone.  
nunq magnus aut laudat<sup>9</sup> erit alicui sapienti/non magis q. G.  
caligula aut vitellius: sed etiā mimus? Nam & hic prādia & ce- De gayo cali-  
nas & comedationes immodice frequentabat Famosissima su-  
per ceteras fuit cena in qua inuitat<sup>9</sup> a fratre fuit: habēs duo mi-  
lia lectissimorum piscium septem milia avium: hanc quoq ipē  
exsuperauit in dedicatione patine: quam ob immēlam magni-  
tudinem clypeum minerue appellauit. In hac phasianorum &  
pauonum cerebella/linguas phenicopterus/ murenarū lactes  
ex certis maris partibus petitarum commisicuit. Numquid ir-  
lio vel augusto maior est metellus pontifex luxuriosissimus: cu- Demetello pō-  
tifice.  
ius cenam facilius est referre q intelligere? Nam & ipse famo-  
sam immo infamē fecit cenam /& antcenium( vt ait portunia-  
nus)paraceniū tanta instruxit luxuria: vt non modo splendorē  
cene ciuilis: sed etiam egyptium luxum excederet. Q uis tunc  
luxuriam accusaret aliorum/ qn tot rebus facta fuit cena ponti-  
ficum. Nā & ipsa eduliorum genera vel dictu turpia sunt: & no-  
stratis licet nimis in luxus splendore glorientur pro parte in-  
audita. Si quis ea nosse desiderat: recenseat saturnalia / percur-  
rat portuniani ciuilia instituta. ¶ Ne tamen vitiorum longe  
petantur exempla/ maiorum erroribus/ suos nostra etas ad- De cena diuiti-  
in apulia in q  
auctor fuit.  
icit. Memini meipsum in Apulia/ diuitis cuiusdam inter-

A ii

## Policratici de Curiatiū nūgīs.

fuisse cene/que ab hora diei nona usq; ad duodecimā noctis fe-  
re:et hoc quidē tēpore equidiali ptracta est.In hāc itaq; camisi-  
nus hospes cōstantinopolitanas/babylonicas/alexadrinas/pa-  
lestinas/tripolitanas/barbarorū/syrias/feniciasq; cōgessit deli-  
tias/ac si sicilia/calabria/apulia/cāpaniaq; nō sufficient cōuiuiū  
instruere delicatū.Copiā rerū/ministerii disciplinā: sedulitatē  
obsequii/vrbanitatē hospitis/plenius & meli? referet vir singu-  
laris eloquii: et qui oībus quos viderim triū linguarum gratia  
prestat.Is quidē est iohānes thesaurarius eboraci:nā & ipse in-  
terfuit.Sed qd sine rubore fideliuū dici vel audiri nō potest: infi-  
delib? teste macrobio plura turpia & luxuriosa videbantur que  
seculo nostro placent:& obtinente luxu magnifica appellantur.

De Johanne  
thesaurario  
eboraci.

De porco tro-  
iano.

De cena tri-  
malchionis.

De marco var-  
rone.

Nā titius in suāsione legis fannie obiicit seculo suo q porcum  
troianū mensis inferat: quē illi ideo sic vocabāt/quasi aliis inclu-  
sis aīalibus grauidū:sicut ille equus troianus armatis grauidus  
fuit.Cenā trimalchionis apud petroniū si potes ingredere:&  
porcū sic grauidari posse miraberis:nisi forte admirationē multi-  
plex ignota & inaudita luxuria tollat.Et quidē multa que nos  
vsi vel abusu edocti/non miramur visa sunt ammiranda īmo  
et stupēda maiorib?.Nā & porcū nō iam troianū: sed domesti-  
cū dicim? & in hūc modū farciendo q plura facim? esse troiana  
Vñ Marcus varro in libro.iii.de agricultura.Hoc quoq; nuper  
istitutū est saginari & lepores.Cū exceptos e leporario quōdā  
in caueis & loco clauso faciā pingues.Sed & coeleas luxus fecit  
saginatas.Hec varro.Nihil autē istorū luxus iā habet notā: sed  
est ciuitatis insigne/quicquid incentiuū est gule.

C De cōuiuiō philosophico:et q ei ciuile cōnexū est:et de sum-  
ptuariis legibus eius.

Capitulum. VIII.

**A** Ciuii ad philosophicū trāseam?:licet his qui rerum  
substantiā perspicati? intuētur: philosophicis ciuilia  
videātur annexa esse.Siquidē philosophia rerū oīm  
moderatrix a cōuiuiis nō pōt abesse ciuib? cū nihil  
oīno officiosum sit/aut ciuile:qd non illa ptractet.Ipsa est q vni-  
uersis prescribit modū:& dū disponit officia etiā plebeis & vul-  
garibus interesse dignaf. Alioquin nihil alicubi recte pcedit  
nisi & ipsa rebus afferat/qd verbis docet.Quid enī pdest ver-  
bis inanib? vētilare in scholis v̄tutis officia: si nō actib? & vita  
solidētur? Dicitur tñ esse plebeia que ad modestiā minus acce-  
dūt:& quasi philosophie soluta legib? ab indiscipline/aut  
esuriem inuectūnt a parcitate/aut a luxu et auiditate furore.Si